

ergo sicut constituit sanctus Beda in anno 228 sequentis cicli, in quo contigit dominica nativitas supputando ^{a)} ab anno predicto conditionis seculi 3952 usque ad Christum 4 concurrentes, atque in anno 262. eiusdem cicli, qui est annus passionis dominice secundum predictam rationem, concurrentes 4 similiter ^{b)} continentur ^{c)}. Item ^{d)} Beda ^{d)} ¹⁾.

Si vero ab Adam usque nativitatem Domini 5199 annos habere volueris ²⁾ et supputationem eorundem annorum secundum predictam rationem per concurrentes et terminos compleveris, habebis anno nativitatis Domini terminum Pasche 14. Kal. Mai. ³⁾ et concurrens 1, anno vero passionis terminum 4. Non. Apr. ⁴⁾ et concurrentes 2.

Hec Beda.

Ecce item notata est etiam ipsa nativitas in anno 411. predicti cicli ⁵⁾, et passio in anno 445 ⁶⁾ eiusdem cicli. Hec autem computatio facta est secundum cronicam Eusebii, quam sanctus Hironimus ^{f)} transtulit ^{g)}.

Si ^{h)} autem ab Adam usque ad Christum secundum ⁱ⁾ Grecos ⁱ⁾ annorum 5500 ^{j)} pronuntiaveris eosque secundum ipsam predictam regulam computaveris, eveniet tibi anno dominice incarnationis ^{k)} terminus Pasche 11. Kal. Apr. et concurrentes 7, annoque passionis terminus Non. Apr. et concurrentes 7 ⁶⁾.

Hec Beda.

Hec etiam nativitas notata est in anno 180. cicli predicti concurrentium, passio quoque in anno 214, eiusdem cicli ⁷⁾.

I, 8

Cum itaque constanter sanctus Beda dicit ⁸⁾, annum conditionis seculi 15. Kal. Apr. die dominico incipisse et terminum Pasche feria 4., qua

^{a)} supputando V. ^{b)} fehlt L. ^{c)} continentur V. ^{d)} Item Beda fehlt L.
^{e)} in beiden Hss. aus 405 korrigiert. ^{f)} Ieronimus L. ^{g)} transtullit V.
^{h)} a. Rd. Item Beda L. ⁱ⁾ secundum Grecos fehlt L. ^{j)} folgt secundum Grecos L. ^{k)} nativitatis L.

¹⁾ Die häufigen Erwähnungen Bedas beziehen sich wohl auf die Ostertafeln allgemein.

²⁾ 5199 Jahre v. Chr. zählt die LXX-Chronologie des Hieronymus.

³⁾ 18. IV., vgl. Ostertafel für 463; denn $5199 : 532 = 9 \text{ Rest } 411$. $411 - 1 + 53 = 463$.

⁴⁾ 2. IV.

⁵⁾ Vgl. Anm. 3.

⁶⁾ $5500 : 532 = 10 \text{ Rest } 180$; $180 - 1 + 53 = 232$.

⁷⁾ Hier folgt in V — nicht L! — eine 532 Jahre umfassende Tabelle der Konkurrentenzahlen, in die Marian Inkarnation bzw. Passion nach Meinung der Chronisten, des Dionysius und der Evangelien eingezeichnet hat; L bietet nur einige Glossen der Tabelle.

⁸⁾ Vgl. oben Liber I, 6.